CASSIODORUS

Südostdeutschland (?, nicht Salzburg), 2. Drittel 9. Jh. Seite 180r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38166
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



nondirexit inconspectu oculorum meorum; dic enim sibi nonpla
cuisse quia ut iniquis detractionibus aut prauis noscebatur
studere colloquiis; iniquum enim ad totum pertinet quod diuina
pietas execratur; Nondirexit significat non proficit; Inmatu
tino interficiebam omnes peccatores terre. ut disperderem de ciuita
te domini omnes operantes iniquitem; Inmatutino in ipso scilicet
initio dicit quando nobis sugestiones diabolice uelud dubia
cre puscula ceperint aparere. tunc oratione debent eici
tunc damnabili execratione detrudi; peccatores autem terre
sunt demones. qui uniuersam carnem prauis inmissionibus dedu
cunt ad reatum; Ipsi enim cum suis operibus interficiuntur; hoc
fieri manifestum est. quando nobis conpunctio lacrimarum diui
no munere confertur; ciuitatem domini animam piam esse dixerim.
unde diabolus disperditur. quando a sua intentione remo
uetur; ORATIO PAUPERIS CUM ANXIUS FUERIT
ET CORAM DNO EFFUDERIT PRECEM SUAM.
In presenti psalmo persona pauperis adibetur. qui sub penitentie hu
militate anxius clamat ad dnm; et ideo omnis penitentia
oratio. non autem omnis oratio penitentia est. quando et ille ora
uit qui nihil ammisit. quod reatui potuisset adscribi;

NE EXAUDI ORATIONEM MEAM ET CLAMOR
meus ad te ueniat; scilicet illam quippius
pro totius mundi liberatione fundebat;
sanctorum consuetudo est sic dolere cala
mitates alienas. ut proprias; quapropter
istarum rerum anxius suum clamorem
festinabat ad dnm peruenire. ne delictis
impedientibus. remedium a dno tardaret